



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

7. Animarum saluti &c. indulgentiæ pro visitantibus certas Indiarum
Ecclesias cum concessione quarundam facultatum pro Societatis Jesu
utriusque Indiæ Presbyteris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

pellere possint, seu debeant. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inferrentur presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat in genere, & in specie ad effectum presentium sufficienter & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus; Quodque vos primam non feceritis in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 18. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in Nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios vobis, ut supra, facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem à Sede prædictâ propositos expresse emittere, & solitum fidelitatis juramentum præstare omnino te neamini.

§. 19. Quodque presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur in judicio & extra, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut, illis ex vobis, quibus similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri, quorum respectivè etiam familiares continui commensales erant, concessæ fuerunt, præsentibus Litteris quoad facultates testandi de bonis, & transferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Januarii 1690. Pontificatus Nostri Anno primo.

Adimplenda ante usum Notariatus.

Transumptorum fides.

Indulta testandi & pensiones transferendi non suffragantur iis qui aliis obtinuerunt.

P. A. primo D. 12. Januarii 1690.

VII.

Indulgentiæ pro visitantibus certas Indiarum Ecclesias cum concessione quarundam facultatum pro Societatis Jesu utriusque Indiæ Presbyteris.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

A Nimarum salutis Paternæ charitate intenti, supplicationibus Dilecti Filii Thyrri Gonzales Societatis Jesu Præpositi Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ac multorum Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis inhaerentes, de Omnipotentis Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus Christi fidelibus in quibuscunque Oceani Indiis, aut Sinarum Regione, vel Brasiliâ constitutis presentibus, & futuris verè penitentibus, & confessis, ac Sacram Communionem refectis, quoties aliquem ex infidelitate, & idololatriâ ad veri Dei cognitionem reduxerint, plenariam, nec non eisdem etiam verè penitentibus, & confessis Sancti Thomæ Apostoli in Indiis prædictis, vel aliquam ex certis Dilectorum Filiorum Presbyterorum Societatis Jesu Ecclesiis illarum partium, Deo, vel in honorem Sanctorum erectis, nec non omnes, & singulas hujusmodi Ecclesias Collegiorum, Domorum, & Residentiarum ejusdem Societatis Regionum præfatarum, saltem inter se per centum millia distantes, ut supra, erectas, singulis annis quatuor diebus Festis Domini Nostri, Beatæ Mariæ Virginis, aut Sanctorum per dictæ Societatis Præpositum Generalem designandis, visitantibus, & inibi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum fumentibus, ac pro Gentilium, & hæreticorum conversione pias ad Deum preces fundentibus, etiam plenariam.

§. 2. Omnibus etiam, & singulis tam Presbyteris, quam aliis de dictâ Societate existentibus, quos in qualibet utriusque Indiæ Regione, vel Oceani Insulâ, aut navigatione pro fidei negotio

eundo, vel redeundo mori contigerit, in cuiuslibet eorum mortis articulo, saltem contritis, & confessis, si communicare nequiverint, plenariam pariter;

§. 3. Scholaribus verò in utraque India existentibus, ac Confraternitati Beatæ Mariæ Virginis ibi Canonice institutæ adscriptis, qui in Annuntiationis, & Assumptionis ipsius Beatæ Mariæ Virginis festis, dictum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, & Coronam, vel tertiam partem Rosarii recitaverint, nec non utriusque sexus Christi fidelibus aliquam ex Confraternitatibus Canonice erigendis ingressis, qui in festivitate Sanctissimi Corporis Christi, & illius octava poenitentes similiter, & confessi, idem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, & in cuiuslibet eorum utriusque sexus Christi fidelium mortis articulo, etiam penitentibus, & confessis, ac Sacram Communionem refectis, vel saltem contritis, si confiteri, & communicare non potuerint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 4. Insuper dictis Scholaribus hujusmodi Confraternitati adscriptis, qui in singulis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis, ac Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi festivitatibus, confessi, & contriti præmissa peregerint, decem annorum de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentibus, eis quoque, qui in singulis diebus Veneris cuiuslibet Quadragesimæ devotè processionibus publicis in partibus, & locis transmarinis ad orandum pro conversione Gentilium, & Hæreticorum præfatorum, juxta ritum Ecclesiæ Romanæ institutis, interfuerint, trium annorum. Reliquis verò omnibus eisdem Processionibus presentibus, contritis, & confessis, unius anni Indulgentiam elargimur.

§. 5. Quodque pro animabus eorum Christi fidelium, qui in præfatis utriusque Indiæ navigationibus pro negotio fidei instituendis ab humanis in charitate Christo conjuncti decesserint, confessi, ac Sacram Communionem refecti, tertiam partem Rosarii, aut unam Coronam recitaverint, quoties id agent, toties per modum suffragii unam ex dictorum animabus à pœnis Purgatorii liberare valeant. Quodque Scholares utriusque Indiæ hujusmodi, qui in Scholis Presbyterorum dictæ Societatis dant operam Litteris in Presbyterorum eorundem Ecclesiis Missas, vel alia Divina Officia tempore interdicti, & cessationis à Divinis, ipsique Presbyteri iisdem Scholaribus presentibus januis clausis, & non pulsatis campanis, & dummodò ipsi causam hujusmodi interdicto non dederint, & interdictis ac excommunicatis exclusis, audire & celebrare respectivè possint, concedimus, & indulgemus.

§. 6. Insuper præfatis omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus in Indiis, & Regionibus prædictis existentibus, qui contriti, & confessi quamlibet Ecclesiam, & Capellam in eisdem partibus dictorum Presbyterorum Societatis Jesu curâ, & operâ, ut supra erectam, aut in futurum erigendam devotè visitaverint, & ut supra oraverint, quadraginta dies, & semel quolibet anno aliquo die festo Domini Nostri Jesu Christi, Beatæ Virginis Mariæ, aut Sanctorum, quem Provincialis, dictæ Societatis constituerit, septem annos, & totidem quadragenas.

§. 7. Eisdem, qui aliquam ex prædictis Ecclesiis dictorum Presbyterorum Societatis Jesu Quadragesimæ, & aliis temporibus Stationum Urbis Dominicis, & feriâ sextâ diebus visitaverint, eisdem omnes, & singulas Indulgentias concedimus, quas consequerentur, si Ecclesias, & Basilicas Urbis in diebus Stationum hujusmodi devotè visitarent; illisque, qui singulis diebus feriæ sextæ primæ hebdomadæ ejusque mensis eisdem Ecclesias devotè visitaverint, & ibi quin-

Pro Scholaribus Confraternitatis B. Virginis & aliquam Confraternitatem ingressis.

Indulgentur dictis Scholaribus præscripta per agentibus in decem annos.

Aliis in tres.

Reliquis in unum.

Vires precum pro iis qui in navigationibus pro fide decesserint.

Permittitur Scholaribus & Presbyteris divinum exercitium tempore interdicti.

Pro orantibus in certis Ecclesiis quadraginta dies quotannis, & semel in certo die festo.

Pro visitantibus easdem Ecclesias certis temporibus & feriis, ac in iis communicantibus.

quies

quies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro exaltatione Fidei Catholice recitaverint, septem annos: In festis vero Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatae Virginis, Apostolorum, sub cuius Titulo Ecclesia confister, decem annos; His autem qui aliquam ex dictis Ecclesiis, postquam confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, visitaverint, toties viginti annos.

Pro iis qui interfuerint Neophytorum utriusque Indiae processionibus.

Pro invisceribus & accedentibus infirmis.

Pro recitantibus Coronam coram Beatae Virginis Imagine.

Provincialibus & Presbyteris conceditur facultas gratis dispensandi circa gradus affinitatis in matrimoniis cum Neophytis, cum & sine Ordinariorum Consilio.

Sumendi Eucharistiam, absolventi a censuris & reservatis, & sacra quaevis & sine Episcopi licentia facienda

§. 8. Ac iisdem Christi fidelibus utriusque Indiae, & transmarinorum limitum, qui processionibus, & precibus juxta ritum S. R. E. a praedictis Presbyteris de Ordinariis licentia instituendis, & agendis Indorum, & Aethiopum, seu quorumvis aliorum Neophytorum, & aliorum Christianorum interfuerint, & eas associaverint, Christianam Doctrinam cum eisdem Presbyteris, vel ab eis deputatis recitaverint, vel privatim docuerint, quoties id fecerint septem annos, & totidem quadragenas: Invisceribus autem infirmis, & praesertim Indorum Hospitalia, Xenodochia, & alia similia Loca pia, ipsis etiam infirmis per se, vel alium ministrando, singulis diebus, quibus id fecerint viginti quinque; qui vero ad infirmos accedentes ibi pernoctaverint quinquaginta; eis etiam qui coram Beatae Mariae Imagine ab alma Urbe ad Collegium Civitatis Lima in Peru (ut asseritur) delata tertiam Rosarii partem, vel Coronam recitaverint, centum similiter dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentibus in forma Ecclesiae consueta relaxamus, ac respective concedimus, & indulgemus.

§. 9. Praeterea ejusdem Societatis Jesu Provincialibus, vel ab eis deputandis Presbyteris cum Neophytis Provinciarum utriusque Indiae aliarumque Maris Oceani Regionum, in quibus inter infideles fideles existunt, & non adfunt Ordinarii similem facultatem habentes, vel ultra duas dietas, juxta Constitutionem sel. rec. Pauli III. editam existunt in quocumque, seu quibusvis, non tamen in primo consanguinitatis, vel affinitatis gradibus, vel alias conjunctis, seu se attinentibus, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant in foro conscientiae tantum gratis tamen dispensandis & insuper ibidem locorum Ordinarii, ut de Presbyterorum eorumdem tanquam Adjutorum, & Alieflorum suorum in locis praedictis, & ubi eorum commodè potuerit haberi copia, consilio, & cum illis etiam in judiciali foro, in reliquis autem Provinciis praefatis Ordinariis praesentia defuturis, vel ab eis ultra duas dietas praedictas, non minus ducentis millibus passuum remotis Provincialibus, & Deputatis Presbyteris praedictis, cum eisdem Neophytis, non tamen in primo gradu, in utroque foro gratis dispensandi, & eos qui in gradibus prohibitis hujusmodi etiam scienter contraxerint, ab excessibus, & excommunicationis aliisque censuris, & penis Ecclesiasticis in utroque foro gratis pariter absolventi, ac prolem inde susceptam legitimam decernendi.

§. 10. Nec non ipsis Presbyteris in iisdem Indiis, & locis praedictis constitutis, quibus aliqua Eucharistiae fragmenta, seu minutiae pro tempore interciderint, etiam post peractum sacrificium, absque ullo conscientiae scrupulo, juxta Rubricas Missalis Romani reverenter sumendi, insuper Presbyteris ejusdem Societatis Jesu, quos in Saracenorum, & aliorum Infidelium Terras & alias utriusque Indiae, & Transmarinas Regiones Maris Oceani, ad quas Hispani, & Lusitani penetrant, ac Provincias remotissimas, ubi non est Inquisitio, & Fideles inter Infideles degunt, neque Ordinarii saltem intra duas dietas existunt hujusmodi facultatem habentes, Praepositi Generalis miserit Christianos in eisdem Provinciis, Indiis, & Regionibus commorantes ab omnibus peccatis, sententiis, & censuris, etiam in Bulla Coenae Domini contentis, & reservatis, etiam gratiose absolventi facultatem, eisdemque ut semel ab aliquo illarum partium Episcopo approbati ad

praedicandum, confessiones audiendas, & Missas celebrandum in Ecclesiis, & Oratorii Societatis Jesu praedictae pro Ministeriorum hujusmodi exercitio ulterius licentiam, & approbationem ab aliis Episcopis, quatenus distent ultra duas dietas petere, seu habere minimè teneantur, sed absque illis praemissa facere possint. Si vero Episcopus ab Ecclesia, vel Loco ubi praedicatur, vel confessiones audiuntur, non distet ultra praedictas duas Dietas, tunc licentia etiam alterius Ordinarii ita vicini prius obtineri debeat, quae tamen per Epistolam etiam impetrari possit.

§. 11. Possint etiam extra Ecclesias consecratas super Altaribus portatilibus in loco tamen decenti, ubi non est commoditas Ecclesiarum, & in casu necessitatis tantum, etiam per horam ante Lucem, vel etiam post Meridiem in eisdem regionibus, cum opus fuerit, celebrare, & in Maluco, Japponne, & aliis Insularum, Terrarum, Provinciarum, & Locorum praedictorum partibus, & locis à quibus valde remoti Episcopi, Oleis Sanctis per duos, vel tres aut quatuor annos ante consecratis liberè uti possint.

§. 12. Nec non ut quicumque ex praedictis Presbyteris Societatis praefatae tantum Sacrosanctum Missae Sacrificium defunctorum pro Animabus Christi Fidelium, qui ex hac vita in Charitate Christo conjuncti decesserint, in singulis Ecclesiis Societatis Jesu, ad unum illorum superiorum arbitrio semel deputandum Altare celebraverint per modum suffragii iisdem animabus profint.

§. 13. Postremo iisdem Presbyteris à Praeposito Generali ex dicta societate deputandis, ut in praedictis Regionibus, Provinciis, & locis, in quibus similiter fideles cum infidelibus vivunt, & non adfunt ordinarii, qui hujusmodi facultatem habeant, qui distant ultra duas Dietas, cum Neophytis, aliisque ad fidem reductis ex rationabili causa, & legitima super voto castitatis, non tamen solemniter, quomodolibet etiam per ordinis sacri susceptionem, vel professionis regularis in Religione per Sedem Apostolicam approbata emissionem facto, & super matrimonio de facto, & in facie Ecclesiae, five scienter, five ignoranter contracto, & quovis occulto impedimento, praeter primi gradus, propter quod tale matrimonium in conscientia esset invalidum, & contrahentes sine scandalo separari non possent, dispensandi, gratis tamen, & in foro conscientiae tantum, ac super bonis male acquisitis, ad quae restituenda ipsi Neophyti, & alii praefati incertis personis obligati existerint cum eis ad opera pia componendi, vel si ipsi indigerent in toto, vel in parte remittendi: nec non Indis in foro conscientiae tantum, & cum Neophytis in utroque foro super Jejuniis, gratis tamen dispensandi, nec non ob onere petitionis debiti matrimonialis, quando non esset licitum illud ratione voti castitatis, vel alia rationabili causa petere in foro conscientiae tantum, & gratis liberandi; Licentiamque legendi libros Infidelium de licentia seu Provincialis personis dignis concedendi licentiam, & facultatem, Apostolica auctoritate tenore praesentium respective concedimus & impartimur. Missas quoque per horam ante auroram ipsi Patres Societatis celebrare possint, ac cum suis Regularibus, ut ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines per annum ante legitimam aetatem promoveri possint, dispensare valeant, similiter concedimus. Et insuper, quia à nonnullis dubitatum, seu haesitatum fuit, an omnes Indigenae illarum Regionum oriundi, & naturales, & Christianorum Indigenarum etiam baptizatorum filii, etiam in eorum infantia baptizati jure Neophyti appellari possint.

§. 14. Idcirco tenore earundem praesentium decernimus, & declaramus, omnes oriundos, seu naturales supradictorum omnium tam Orientalium, quam Occidentalium partium, imo etiam si Aethiopes, Angulani, vel quarumvis aliarum

Etiam extra Ecclesias celebrandi & oleis Sacris antea consecratis in quibusdam Provinciis utendi

Missae Sacrificium à dicta Societate Presbyteris celebratum defunctorum animabus proint.

Facultas dispensandi cum Neophytis super voto castitatis consanguinitate bonis male acquisitis, &c.

Quinam Neophyti appellandi sint.

Eti-
am
mixti
ad
hunc
effe-
ctum
Neop-
hyti
cen-
sendi.

Pres-
by-
teri
super
præmis-
sis
nullatenus
molestan-
di.

Clausula
sublata &
Decretum
irritans.

Derogatio
contrariis.

Præsentis
quædam
valitura.

D. 30. Mar-
tii 1690.
P. A. pri-
mo.

VIII.

Confirmatio Decretorum Sanctæ Cardinalium Con-
gregationis super aggregatione ad Provinciam Ro-
manam à quibusdam Pedemontanæ Provinciæ
Monachis postulata emanatorum.

ALEXANDER VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Status
Congre-
gationis
Reforma-
tæ S. Ber-
nardi Or-
dinis Ci-
sterciensis
Sanctitati
sue exposi-
tus.

Joannes
Baptista à
S. Franci-
sco & Pe-
trus Fran-
ciscus à S.
Mauritio
Provinciæ
Romanæ
aggregari
postulant.

§. 1. **E**xponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Su-
perior Provincialis, & Monachi Provin-
ciæ Romanæ Congregationis reformatæ S. Bernardi
Ordinis Cisterciensis, quod dicta Congregatio dua-
bus dumtaxat Provinciis constet, Romanâ, videlicet,
& Pedemontanâ, inter quas, prout Constitutiones
ipsius Congregationis præscribunt, alternativa in
majoribus officiis, ac perfecta æqualitas votorum,
quæ sexdecim dumtaxat pro unaquaque ex dictis
duabus Provinciis numerantur, in Capitulis generali-
bus Congregationis huiusmodi, servatur, prout simi-
liter vigore Constitutionum præfatarum Monachi
expressè professi unius ex dictis Provinciis ad gubern-
nia Monasteriorum alterius Provinciæ allumi ne-
queunt.

§. 2. Porro cum aliàs, nempe anno 1683. dilecti
pariter filii Joannes Baptista à Sancto Francisco Sale-
sio, & Petrus Franciscus à Sancto Mauritio Monachi
expressè professi Provinciæ Pedemontanæ, & Con-
gregationis præfatarum, qui habitum per Monachos
Congregationis gestari solitum in dicta Provincia Pe-

demontana susceperant, & professionem per eisdem
emitti consuetam in eadem Provincia emisserant, Re-
gulares, ad Congregationem venerabilium Fratrum
nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consul-
tationibus Episcoporum, & Regularium præposi-
tam recursum habuissent, aggregationem inter Mo-
nachos expressè professos dictæ Provinciæ Romanæ,
eo quia in hac nati fuerant prætendentes, ipsa Con-
gregatio Cardinalium Decretum edidit tenoris, qui
sequitur, videlicet; In causâ Romana Filiationis,
seu declarationis vertente inter Patres Joannem Bap-
tistam à S. Francisco Salesio, & Petrum Franciscum
à S. Mauritio Ordinis Cisterciensis Congregationis
Reformatæ S. Bernardi ex una, & Patres Provinciæ
Romanæ ejusdem Ordinis partibus ex altera; Sacra
Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardi-
nalem negotiis, & Consultationibus Episcoporum,
& Regularium præposita, audito R. Patre Procurato-
re Generali Ordinis, Partibus informantibus, refe-
rente Eminentiss. Bafadonio, censuit prædictos, P.
P. Joannem Baptistam à S. Francisco Salesio, & Pe-
trum Franciscum à S. Mauritio adscribendos esse Pro-
vinciæ Pedemontanæ in qua professi sunt, prout præ-
sentis Decreti tenore adscribi mandat, & præcipit.
Romæ 9. Aprilis 1687. G. Cardinalis Carpineus, Loco
† Sigilli. B. *Panciatius Secret.*

§. 3. Postmodum vero, etiam dilectus Filius Do-
minicus à S. Josepho Avenati Monachus pariter ex-
pressè professus ejusdem Congregationis, qui habitum
supradictum in eadem Provincia Pedemontana susce-
perat, atque inibi professionem prædictam similiter
expressè emiserat, ad eandem Congregationem Car-
dinalium similem recursum habuit inter Monachos
Provinciæ Romanæ, & Congregationis præfata-
rum, eo quia similiter in Provincia huiusmodi natus
fuerat, & propter alias leves causas aggregari expo-
stulans. Verum interea per parte eorundem Expo-
nentium, qui Joannem Baptistam, & Petrum Fran-
ciscum supradictos instantiam in eadem Congrega-
tione Cardinalium renovare velle præfenerant,
Nobis supplicato, ut præinsertum Decretum ad
præfatum Dominicum extendere dignaremur.

§. 4. Nos libellum supplicem Nobis super præ-
missis porrectum remisimus ad eandem Congrega-
tionem Cardinalium, à qua emanavit aliud Decre-
tum tenoris, videlicet, In causâ vertente inter Pa-
trem Provinciale Provincie Romanæ Ordinis Ci-
sterciensis, Congregationis reformatæ S. Bernardi ex
una, & Patres Provinciæ Pedemontanæ ejusdem
Ordinis partibus ex altera, de, & super aggrega-
tione nonnullorum Patrum in ipsa Pedemontana pro-
fessorum Provinciæ Romanæ, Sacra Congregatio
Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E.
Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episco-
porum, & Regularium præposita, Partibus ipsis au-
ditis, reque maturè discussa, censuit servandum esse
Decretum aliàs die 9. Aprilis 1683. ab eadem S. Con-
gregatione editum, prout præsentis decreti tenore
omnino servari mandat, & præcipit. Romæ 16.
Martii 1690. G. Card. Carpineus. Loco † Sigilli. A.
Altovitus Secret.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjun-
gebat, Exponentes Præfati Decreta huiusmodi, quo
firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ
Confirmationis nostræ patrocinio communiri sum-
mopere desiderent; Nos specialem ipsis Exponenti-
bus gratiam facere volentes, & eorum singulares
personas à quibusvis Excommunicationis, suspensio-
nis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis,
Censuris, & penis, à jure, vel ab homine, quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat
consequendum, harum serie absolventes, & absolutas
fore censentes, supplicationibus eorum nomine No-
bis super hoc humiliter porrectis inclinati, duo De-
creta præinserta auctoritate Apostolica tenore præ-
sentium approbamus, & confirmamus, illisque in-
violabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus;

Decre-
tum à Car-
dinalium
Congrega-
tione deli-
per ema-
natur.

Eti-
am Do-
minicus à
S. Josepho
eandem
aggrega-
tionem
exoptat.

Aliud su-
per hac re
Congrega-
tionis De-
cretum.

Quæ duo
Decreta
Apostolica
Auctorita-
te confir-
mantur.

salva